indebite devastando decet cum nostra intersit vestram requirere sapientiam ne videamur consentire tacendo licet eas nostrum sentiamus ubique durare vel silere pacta per ytaliam totam longo tempore divulgata. Discretionem ideo vestram ea qua possumus affectione rogamus ~~quod~~ quatenus respicientes fidem qua violata Deus nimis offenditur et universus orbis incidit in ruinam potentia tamen domina remanente super antiqua pace servanda velitis dare favorem contraditores conpellentes ad idem ut quod gestum est a vobis benigne gerentes teneamur post gratias pro futura quiete vobis semper ad grata merita respondere. Qui visis litteris responderunt hoc modo salutatione premissa:

Licet romani sit principis proprium utroque tempore stare victorem non tamen licet ad instar eiusdem ad idem sibi subditos anelare. Quoniam